

## CAPUT II.

## Quid de Praecepto Nono et Decimo.

Quid prohibeant nonum et decimum praeceptum.

« Resp. Prohibent omnes internas con-  
 « cupiscentias et delectationes voluntarias  
 « illorum operum quae praeceptis secun-  
 « dae tabulae, praesertim sexto et septimo,  
 « vetantur.— Qua de re vide supra; et pate-  
 « bit ex dicendis *de Peccatis*, infra *Lib. V* ».

## CAPUT III.

## Quid de Praeceptis Ecclesiae.

« Resp. Etsi ea sint plurima, praecipue  
 « tamen toti christiano populo communia  
 « quinque numerantur. — Ex quibus hic  
 « agendum restat de tertio; quia de primo  
 « et secundo actum est in Praecepto tertio  
 « decalogi. De quarto et quinto, infra  
 « *Lib. VI*, de Sacramentis ».

Contra porro hoc praeceptum ex solo  
 contemptu peccari, propositio est proscri-  
 pta ab Alexandro VII, propos. 23.